

Z 6
4287



Q. N. 239. 22

Z 6

4287

Epithalamion
in Nuptijs

VIRTUTE ET
DIGNITATE PRAESTAN-
TISS. IACOBI GRIBEI
CIVIS LIPSENSIS,

Et pudiciss. atq; ornatiss. Virginis CA-
THARINÆ, Georgij Cracouij
I. V. D. Sapientiss. & Excellentiss. Illu-
strissimi Ducis AUGUSTI Electo-
ris Saxoniae Primarij à
consilij, Filiae.

SCRIPTVM A
Petro Raunero
Mulhusio.



L I P S I Æ

Iohannes Rhamba excudebat.

M. D. LXVIII.

Epistola
in Natus

VIRTVT ET

DIGNITATE PRAESTANT

TISS. JACOBI GRIBBI
CIVIS LIBERTATI

Epistola ad Virgini C. A.

MARINAE. Georgii Cronm

h. v. d. sapientia & prudentia illa


in hanc hanc hanc hanc hanc

in hanc hanc hanc hanc hanc

in hanc hanc hanc hanc hanc

PETRO RANGETO

Mullusgo.



Handwritten signature or initials.

J. P. S. V. E.

Johannes Rhantha excudenda.

M. D. LXXIII.



Epithalamion

in Nuptijs

VIRTVTE ET

DIGNITATE PRAESTAN-

TISS. IACOBI GRIBEI

CIVIS LIPSENSIS,

Et pudiciss. atq; ornatiss. Virginis CA-

THARINÆ, Georgij Cracouij

I. V. D. Sapientiss. & Excellentiss. Illu-

strissimi Ducis AVGVSTI Electo-

ris Saxoniae Primarij à

consilij, Filiae.

A P O L L O.

TV Dea, quã Paphos, et dives quã Cyprus ado-
Insula, quæ gravidã terres Amathũta metallis, (rat
Quæ procul Arctoum tendis tua iura sub axem
Quæq; procul calidum tendis tua iura sub Eurum,
Et si quæ regio suprã, vel subiacet infrã.
Nunc tu fumiferis succensas ignibus aras
Linque, peregrinæ visas vt pinguia terræ
Iugera constringit qua nunc tuus ardor amantes.
Adsis ipsa tuis propenso numine ceptis,
Nam labor est ceptumq; tuũ quod stringit amantes.

A 2

Ac nos,

Ac nos, consortes, riguae dum frigida tempe
Thessaliae, labensq; leui cum murmure Peneus
Delectant, nec non extremi littore ponti
Abluit ignito sudantes corpore fumos
Quadrupedum nox grata quies mortalibus aegris
Ambrosia saturans ac non mortalibus herbis,
Me duce praestantem thalamum tædasq; iugales
Dicite carminibus Diuæ, quas dicere par est.
Ac Aganippæi cunctis quæ maxima fontis
Diceris, incipias, parebunt deinde sorores.

C A L L I O P E.

Est locus æstiferi longè post terga Leonis
Scorpion æthereis quo pater vrit equis.
Iam parilis Libræ flexis vtring; lacertis
Tangentem chelis sydera bina suis.
Quoq; tibi flagrat pugnaci torridus astro
Lipsia Myseni gloria prima soli.
Lipsia Pierijs longè gratissima Musis
Ac eadem Lycio Lipsia grata Deo.
Hac confixa suis telis noua pectora versant
Idaliæ genitrix Idaliusq; puer.
Egregium forma iuuenem, quem subdola nunquam
Ludit in ambiguis fors temulenta rotis.
Sic cupidum pacis, cultu ceu Martis ouantem
Cui placidus celeres pascere gaudet equos.

Nec

Nec tamen humanae capiunt tam commoda vitae
Quam maior summo cura placere DEO.
Quamq; libens sacris infert donaria templis
Asserit & prompta iusq; piusq; manu.
Ipsa quidem grauib; facies Heroica membris
Elucens talem comprobat esse virum.

C L I O.

M Argaris Hunc Gribeo genuit Phyliræa IACobo
Et genito patris nomina ferre dedit.
Nec tantum genitor spectandus origine, gaudens
Antiquos clarestemmate iactat auos:
(Quamuis condecorent clypeum galeamq; decoram
Perpetuoq; nigri tempore Gryphes alant.)
Sed Gribei proprijs nomen virtutibus augens
Emeruit multis cognitus esse viris.
Nec solum nouit venerandum Principis aula
Principe quæ Brenno condita nomen habet:
Nec solum patriæ nouerunt mœnia terræ:
Ast etiam statuens vrbs Phyliræa suum.
Quiq; vel innumeras potuisset visere gentes
Iam tunc vix illo notior alter erat.
Lipsia testis erit, qua nunc quoq; morte solutum
Commemorat Latia picta tabella manu.
Testis erunt Mœni præpandi fluminis vndæ,
Vrbs quoq; quam gelido despicit vrsa polo,

Ac signat dictam stellis Erymanthidos, illic
Maxima nunc Gribecæ claret origo domus.

T H A L I A.

Nunc tu perge soror resonantis conscia plectri
Aurea percusso fila mouere sono.
Interea vario nectam de flore corollam
Ut vario Sponsæ spargat odore caput.
Cæruleos Teucry flores, ac Echia quæ iam
Florida cænosa stagna paludis amant,
Et Rutæ seuum longè pellentia virus
Germina cum violis in noua ferta legam.
Serta verecundos socij monitura caloris,
Ut recidat nulla vis in amore mora.
Nullaq; contristent thalamos aduersa paratos
Neu noceant atræ pulla venena Deæ.
Quin & magnanimo referam sua munera Sponso,
Nam Sponsus nostro munere dignus erit.
Pampineis molles intexam vitibus vltimos,
Illius ut nitidis pendeat vna comis.
Iuncta suæ iungit vitis se qualiter vltimo
Se iunget lateritaliter *ILL A* tuo,
Nec te *S P O N S E* premet, nec te labor iste gra-
Pendentem collo sustinuisse tuo. (abit

T E R P S I C H O R E.

Et

Et **TIBI** iam roseo procedit vesper ab ortu,
Sistitur & lecto iam **CATHARINA** tuo.
Aspice quàm deceat veneranda modestia gressum
Ac quàm virgineus tinxerit ora rubor.
Non aliter quàm si quis ebur madefecerit ostro
Aut dederit rubeis lilia cana rosis.
Aspice ceu geminum radiantia lumina **Sydu**
Lumina suppressis cinctâ supercilijs.
Talia nec quisquam nudorum corpora fratrum
Credat **Apellea** facta fuisse manu.
Nec tantum nitido splendens decus extulit ore
Tharaidæ **Phario** raptâ marita duci.
Nec tales gessisse reor vultumq; manusq;
Quæ prior **Vriæ** consociata fuit.
Mox tamen, vt prona formosa cupidine **Regem**
Torserat, in magni parte locata tori.
Et reor an fueris tali pietate **Susanna**
Iojakim domino fida **Susanna** tuo.
Nec talis, cuius, feruens **Holofernus** in armis
Fœmineo cautè læsus ab ense fuit.

POLYHIMNIA.

Cypria Diua veni Charitis comitata ministris
Cumq; tuo nato **Cypria Diua** veni.
Non iam plus tumidum, varium, mutabile semper,
Néue tuus natus corpore nudus eat.

Flammi-

Flammiferas depone faces, quibus vris amantes,
 Deponat natus ferrea tela tuus.
 Syndonis ac niueo tenuis velamine tectus
 Spargat odoratas per pia tecta rosas.
 Utq; tener fossa coalescit in arbore ramus,
 Sic V O S nunc vna stringite carne duos.
 Ut D E V S ipse pater sancivit, maxima mundi
 Discrevit sceptris cum tria regna suis,
 Effingens hominem nostræ primordia vitæ
 Pinguia quâ florens rura Damascus habet.
 Ditavitq; solo, terræ per cuncta volutas
 Ex quo bis geminas extulit hortus aquas.
 Et quo prima virum blandis complexa lacertis
 Fœmina, deq; viro dicta virago suo.
 Alter ab adiuncta, sic gaudeat altera iuncto,
 Turtur ut Eoa gaudet amicus aue.

E V T E R P E.

Talibus ipse socer votis C R A C O V I V S optat
 Successum tædis magne I A C O B E tuis.
 Tàm varias Doctor pollens Cracouius artes
 Quàm Claræ varias instituere Deæ.
 Cuius ab ore velut salienti flumina riuo
 Attica Cecropio nectare verba fluunt.
 Quem sibi tractantem geniosa volumina Iuris
 A V G V S T V S magno iunxit in imperio.

Ac

Ac quamuis multi, quorum Grynæus Apollo
Donat honoratis Laurea ferta comis:
Euolat I P S E tamen sic omnibus altior illis
Ut volat Eleo carcere liber equus.
Illum quin etiam stagnantis ad Albidos undam
Leucoreæ quærent culta Lyceæ Scholæ.
Hocq; SO CER S Oceri commistus manibus optat,
Produxit tellus quos Pomerana duos.
I L L E sibi ciuem vinclo propiore ligauit,
Ex quo laudato nupta probatur auo.
At quid plura. Precor quò sint rata vota precantis
Deli, namq; precis sunt bona vota meæ.

V R A N I A.

Sunt rata vota meæ, iam sunt rata vota sororis.
Phæbe precis fiant & rata vota meæ.
Ac benè. Nam solio Latoi dextra coruscat
Ad partus Ledæ conspicienda tuos.
O geminos Ledæ iunctissima pectora partus
Quos pater ad cœli sydera celsa tulit.
Non vos mille dies, diri nec ianitor Orci,
Nec potuit mortis diripuisse dolor.
Atq; Deus fratrum curru per inane rotato
In decimo nono dat sua signa gradu.
Nec minor accrescit curuæ clementia Lunæ,
Quò nunc Herculeus conficit astra Leo.

B

Eie.

Eiectansq; feras animoso pectore flammam
Accubat ad stabilis limina fixa domus.
Et Venus exercens spaciosi cornua Tauri
Collustrat sedis tecta superba sua.
Ac sibi, nescio quid, blandis subridet ocellis,
Atq; capistratas sub iuga cogit aues.
Fallor? an alma Venus deiectos ridet amantes
Successumq; suos ridet habere dolos?

MELPOMENE.

Poscimus Aonides, bifidis nam frondea montis
Orantum clara culmina voce sonant.
Nunc valeat Sponsus multos feliciter annos
Effectus multa postmodo prole pater.
Purpureas dulcis semper violasq; rosasq;
Ac fundat nitidum lacq; merumq; torus.
Et coniunx aequet Sponsi feliciter annos,
CHRISTVS & equato seruet amore duos.
Alter ab alterius sic colligat ignibus ignes
Ignis ut aethereo terreus igne calet.
Pallentes hederæ veluti sua brachia nectunt,
Mutua sic feruens pectora nectat amor.
Alter in alterius pendens amplexibus optet
Sic fieri Pylum se quoq; posse senem.
Non tu bubo pios cantu fœdabis amores,
Omnibus nec tu tristis Erynni tuis.

Qualia

Qualia multa quidem nostro patiuntur in ævo
Quos nouus imposito fœdere iunxit Hymen.
Talia sed tenebris altaq; voragine mergens
Confusum sub humo condat operta chaos.

E R A T O .

Hæc igitur sacris donamus carmina tædis
Exq; Iouis genitæ Memnosinesq; sinu
In noua Thespiades viuentes carmina Musæ,
Vt viuant ipsæ quos retulere Deæ.
Pyrame ceu viuis, viuis Babylonia Thisbe,
Atq; tuus multis Æoli viuit amor.
Hæc eademq; damus Sponso Sponsæq; pudicæ
Hæcq; damus patri Sponsa pudica tuo.
Cuius amica velut defendit gratia cætus
Qui sacra diuino flumine verba bibunt:
Sic facit vt Phylire multi meditentur ad urbem
Qua vaga montano gurgite Plisna ruit.
Siq; minus nostris spirat sors talia ceptis
Qualia deberi candor honeste vides:
Non cuiuis superum, noris, sua munera regem
Missurum, placito scribere posse modo.
Quàm varium pectus, variæ tam pectore dotes,
Pectoris & sequitur semina quisq; sui.
Viuite nunc iterum, longumq; ualete iugales.
Ardua nos clara culmina voce vocant.

F I N I S .

Ms 4287 OK

Quoniam in hoc mundo
Tantum in hoc mundo
Cognoscimus in hoc mundo

ERATO
Hac igitur factis dominis carminibus
Exi tunc gressu Menestoreo
Innotuit despectus in carmine
Et tunc in hoc mundo
Purpureo tunc in hoc mundo
Ad tunc in hoc mundo
Hac etiam in hoc mundo
Luceo tunc in hoc mundo
Cuius tunc in hoc mundo
Sic factis in hoc mundo
Qua tunc in hoc mundo
Sic tunc in hoc mundo
Quia tunc in hoc mundo
Non tunc in hoc mundo
Miserum tunc in hoc mundo
Quam tunc in hoc mundo
Pectoris tunc in hoc mundo
Kite tunc in hoc mundo
Arduo tunc in hoc mundo

FR 12

5m




ULB Halle
004 975 57X

3







Qk. 239. 22


Z6
4287

Epithalamion
in Nuptijs

VIRTUTE ET
DIGNITATE PRAESTAN-
TISS. IACOBI GRIBEI
CIVIS LIPSENSIS,

Et pudiciss. atq; ornatiss. Virginis CA-
THARINÆ, Georgij Cracouij
I. V. D. Sapientiss. & Excellentiss. Illu-
strissimi Ducis AUGUSTI Electo-
ris Saxoniae Primarij à
consilijs, Filiae.

SCRIPTVM A
Petro Raunero
Mulhusio.



L I P S I Æ
Iohannes Rhamba excudebat.
M. D. LXVIII.

